



Acta sanctorum

quotquot toto orbe coluntur, vel a catholicis scriptoribus celebrantur, quae
ex Latinis et Græcis, aliarumque gentium antiquis monumentis

Quo dies nonus et decimus continentur

Bolland, Johannes

Parisiis et Romae, 1925

Passio S. Isbozetae

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72556](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72556)

A

D

PASSIO S. ISBOZETAE

E codice Sancti Lazari Venetiarum 225³³. Cf. Comm. praev. num. 18-20.

Վկայաբանութիւն սրբոյն
Յիզատիբուզաեայ :

Passio sancti Isbozetæ (1).

1. Ընդ ժամանակս թագաւորութեանն խորթութեամբ որդւոյ կաւատայ արքային Պարսից՝ առաւել զօրացեալ¹ լինելը խոստովանութիւն որ առ Քրիստոս, եւ ոչ սակաւք նաճատակեցան յաշխարհին Պարսից եւ ի գրան արքունի : Յորում ժամանակի այր ոմն Մախո՛՛՛ մոգ՝ ի նորին աշխարհէ, ի գաւառէն որ կոչի Քեղապուհ, ի գեղջէ որոյ անուն Քունարատան, որոյ ծնողքն պաշտօնեայք էին կրակի, եւ ինքն ի մանկութենէ մոգութեամբ վարժեալ : եւ էր զօրաւոր իրատու եւ գիտութեամբ ճշարտաշիցն եւ խորհրդով իմաստուն : Մա ի գիտեալով իմեքէ ի բանակս թագաւորին հասանելը, եւ պատահէր չարչարանաց սուրբ վկայի ուրումն՝ որում անուն էր Գրիգորիոս : Հրապարակ ընդ համարձակութիւն նաճատակին, եւ զճաւատց բարոք նախանձն³ նախանձեալ՝ ասէ ի սրտի իւրում. « Տէր Աստուծ թրիստունէից, նայեաց յիս եւ ցոյց ինձ ճանապարհ որով գնացից, եւ բաց ինձ գունդ որդմութեան ընդ նաճատակի քում, զի արժանի եղէց արքայութեան⁴ քում, որ Տէրդ ես երկնի եւ երկրի : »

1. Regnante Chosroe Cabadis filio rege Persarum magis invalescere coepit (2) confesso Christi neque pauci in Persarum terra et in ipsa adeo regis aula herorum mortem obierunt. Tunc temporis fuit homo quidam Machos nomine ex illa terra, e regione quae dicitur Pirsabora (3) et vico cui nomen Qunarastan (4). Huius parentes ignis erant ministri. Ipse autem inde ab infantia in magorum religione fuerat exercitatus; consilio valens erat, in ignicolarum doctrina peritus ac mente prudens (5). Qui casu quodam ad castra regis advenit ibique sancti cuiusdam martyris supplicio interfuit, cui nomen erat Gregorius. Attonitus herois audacia, eiusque fidem pio studio aemulatus, in pectore dixit: « Domine, Deus christianorum, respice me; notam fac mihi viam qua incedam (6); reclude mihi, sicut et heroi tuo, misericordiae tuae ianuam, ut regni tui dignus efficiar, qui Dominus es caeli et terrae. »

Machos magus

Gregorii martyris exemplo

1. —¹ գայրացեալ cod.; cf. Comm. praev. num. 24, supra, p. 202. —² hic et in sequentibus corr. ex մախոյ. —³ post նախանձն, 'hancellatum. —⁴ rescript. in verbis: ընդ նաճատակի cancellatis.

(1) Graece: Sosithei; cf. Comm. praev. num. 17, supra, p. 200. — (2) Codex manifesto errore: magis ardens facta erat. — (3) Vide Comm. praev. num. 2, supra, p. 191, annot. 7. — (4) Ibid., annot. 8. — (5) Nisi intellegendum est: in mysteriis consultus. — (6) Ps. 142, 8. Haec paganus loquens inducitur, utique cum facillima venia legentium.

C

F

PASSIO S. ISBOZETAE HIBERICA

E codice laurae Hiberorum Althonensis 57, ad fidem editionis Alexandri Khakhanov. Cf. Comm. praev. num. 25.

Mensis iulii die XXVIII. Passio sancti Isbozetæ (1).

1. Regnante Chosroe, Cabadis filio, rege Persarum (2), magis splendebat atque invalescebat fides christianorum; neque pauci fortitudine claruerunt in Persarum terra ad portam regiam. Fuit autem aliquando homo quidam, cui nomen erat Mahaşot, in eadem terra Persarum, e vico qui dicebatur Knarastan. Huius quidem parentes erant ignis ministri (3); ipse autem inde ab infantia doctrinam magorum didicerat, (in qua) maxime omnium proficiebat; ab ignis ministris institutus fuerat: erat enim ingenii acumine praeditus. Hic quondam cum ad castra regis venisset, casu quodam factum est ut torqueretur aliquis e martyribus, qui dicebatur Gregorius. Attonitus viri fortissimi audacia, eique praeclara quadam aemulatione animo invidens dixit: « Domine Deus christianorum, respice me; doce me viam qua incedam, mihiq; pariter misericordiae ianuam reclude, sicut electo huic tuo, ut dignus efficiar regno tuo, qui Dominus es caeli et terrae. »

Psalm. 142, 8.

(1) Izid bozid. — (2) (regnante - Persarum) haec verba in codice cum lemme continuantur. — (3) Vel cultores.

2.